



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 92. Lutheri Epistola ad Comitia Ordinum Bohemiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

nempe impias, quas contraxit, nuptias; *Secul. XVI.*
 cum enim ipsem Lutherus sacrile- *A. C. 1522.*
 gum ejusmodi connubium inire consti-
 tuisset, pergratum ei accidit, quod Ca-
 rolstadius exemplo suo præire haud du-
 bitasset. *Hæ nuptiæ, inquietabat Luthe-*
rus, summa me afficiunt lætitia, itaque Deus
Carolsstadium corroboret in facinore, quod
nuper ad vitæ licentiam in Papistis repre-
mendam aggressus est. Ceterum hæreti-
 cus iste ex omnibus Germaniæ Eccle-
 siasticis primus fuit, qui publice con-
 nubium inire attentavit, ubi ejusdem
 discipuli ad celebrandum infamem hunc
 concubinatum epitalanium multis blas-
 phemiis unacum impietate respersum
 composuerunt.

§. XCII.

*Lutheri epistola ad comitia Ordinum
Bohemiarum.*

Effrænata in Dei Ecclesiam rabies Lu- *Steid.in com.*
 therum ad quævis audenda conci- *l. 3. p. 82. ff*
 tavit; unde Statuum, ac nobiliorum Vi- *83.*
 rorum arcana, quantum valuit, explo-
 rare intentus, eos ab unitate Ecclesiæ
 avellere nitebatur: Cum vero in Bohe-
 mia a Regni Ordinibus comitia cele-
 brari, ac Pontificis auctoritatem toto
 studio stabiliri comperisset, ad tantam
 prolapsus est audaciam, ut datis ad hu-

L 3 jus

Sæcul. XV.A.C. 1522

jus regni Ordines literis summum Pontificem apud eos in invidiam trahere, ac totis viribus, ne Romanæ urbis Episcopus pro Apostolorum successore ab eis haberetur, impedire præfumeret. Dabat hanc epistolam die vigesima nona Julii, atque in ea hæc scribit: Sæpius me in Bohemiam eundi desideriumincefferat, hoc tamen iter aggredi ausus sum nunquam, veritus, ne mei Adversarii me auffugisse credant, spero tamen, Germanos ac Bohemos brevi eandem fidem professuros; credebat enim Lutherus, quod hi scilicet ex mente Ipsius, summi Pontificis auctoritatem haud ultra reverituri, sed illum velut antichristum, Romam vero tanquam Babyloniam Meretricem detestaturi essent: cum vero Catholicorum pars ceteris numero & potentia adhucdum prævaleret, hunc populum adhortabatur, ut dejecto divisionis muro a Joannis Hussi, & Hieronymi Pragensis Doctrina minime recederet.

§. XCIII.

Lutheri liber contra Episcopos Germaniæ.

Steidan. in tom. I. 3 p. 83 **E**odem anno Lutherus adversus totum Ecclesiasticum Germaniæ statum, ac præcipue contra Episcopos librum edit